

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Phaedri Avgusti Liberti Fabvlarvm Aesopiarvm Libri V.**

**Phaedrus**

**Rintelii, MDCCXXXVIII**

**VD18 13044567**

Fab. XV. Asinus ad senem Pastorem.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-17134**

*Stulta credulitas.*

Cum malus Sutor, egestate coactus, peregre hominibus, quibus nunquam innotuit, aegrotantibus mederi coepisset, quisquiliis que suas falso medicinae nomine vendicaret: multis verborum lenociniis et insigni loquacitate mox incomparabilem sibi artis et experientiae famam acquisiuit. Cum vero ex vrbis principibus quidam graui morbo laboraret, cui aduersus quaecunque venena antidotum commendauerat suum: medici experiundi gratia, scyphum sibi curabat porrigi, infusa aqua, simulabat, toxicum se antidoto miscere, positoque praemio, quod miscuerat, eum bibere iubebat. Ille vero, mortis metu, confitetur, se, non arte sua, quod sutor esset, verum opinione vulgi, celebrem factum esse medicum. Princeps ergo, concione aduocata, videte iam, inquit, ac erubescite propter insignem dementiam, qui vestra illi non dubitatis credere capita, cui pedes suorum nemo calceandos committere voluit. Hoc vere putem esse dicendum de illis, quorum credulitas atque stultitia ignauiae hominum ac impudentiae subuenire solet.

## FAB. XV.

*Asinus ad senem Pastorem.*

In principatu commutando ciuium  
 Nil praeter domini nomen mutant pauperes.  
 Id esse verum, parua haec fabella indicat.

Asellum in prato timidus pascebat senex.  
 Is, hostium clamore subito territus,  
 S  
 Sua-

Suadebat Afino fugere, ne possent capi.  
 At ille lentus, quaeso, num binas mihi  
 Clitellas impositurum victorem putas?  
 Senex negavit. Ergo quid refert mea,  
 Cui seruiam? clitellas dum portem meas. 10

*Sors sua quemque manet.*

Vt ut ciues alios nanciscantur principes, ea  
 mutatione dominorum ac diuersa ratione,  
 suam, qui inferioris sunt ordinis, conditionem  
 non mutant. Hoc verum esse, breuis testatur  
 sequens fabula. De rebus suis valde sollicitus  
 senex, in prato vt pasceretur, suum agebat A-  
 finum: et subito hostium clamore perterritus  
 fugam illi suadebat: ne suo malo nunc veni-  
 ret in manus rapaces hostium. Afellus con-  
 tra nihil festinans, quaeso, inquit, mihi ti-  
 mere noli. Num etiam putas fore, vt hostis  
 mihi, reportata victoria, binas sit impositurus  
 clitellas? Dominus negat. Mea ergo, respon-  
 det, nihil interest, cui seruiam, meas dum-  
 modo portem clitellas.

FAB. XVI.

*Cernus et Onis.*

Fraudator nomen quum locat sponso improbo,  
 Non rem expedire, sed mala videre expetit.

Ouem rogabat Cernus modicum tritici,  
 Lupo sponso. At illa praemetuens doli:  
 Rapere atque abire semper assuevit Lupus; 5  
 Tu de conspectu fugere veloci impetu:  
 Vbi vos requiram, quum dies aduenerit?

B

Cni